Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 37

, 68.

Cod. XXXVII.

membran. fol. min. saec. 14. ex. 15.

A. 3. 13.

Fr. Mauritii Distinctiones.

Continet distinctiones Fr. Mauritii, id est, quorundam S. Scripturae vocabulorum communiorum explicationes juxta triplicem vel quatruplicem sensum, ordine alphabethico digestas, concionatoribus illis oportunissime valde utiles. Incipit vocabulo Abjectio, in hunc modum: "Circa abjectionem nota qualiter in scriptura sumitur, qualiter dividitur, et quae abjiciendae nobis ostendantur." Finem operi imponit vocabulum Jona. In calce primae paginae legitur annus 1431., quo fortasse Codex noster Universitati vindobonensi traditus est; in fine totius operis autem: Explicit distinctiones Fris Mauricy.

Mauritius sive Anglus sive Hispanus, ord. vel Praed. vel Minor.: de his enim disceptatur: hae distinctiones elucubrasse dicitur circa annum 1290. Vid. Oudin. T. 3. p. 872. Quetif T. 1. p. 484.

M. Epis

Conradus de Hildesheim.

In ultima codicis columna manus aliena sed coaeva hoc adjecit: "Anno Domini M. CCCC. XX. Martino V. apostolicae sedi praesidente in die S. Apollinis M. bonae memoriae magister Conradus de Hildensem presbyter et canonicus Ecclesiae S. Johannis Ratisponae, ibidem in ambitu cathedralis Ecclesiae prope januam cappellae omnium sanctorum sub lapide marmoreo tumulatus. Hic ob insignia sua scilicet licentiam in decretis et Baccalariatum in Theologia quae in Universitate vienensi acquisivit, hunc suum librum scilicet Distinctio

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 37

, 69.

„ nec frīs Mauricij et alium scīliçet Crisostomum Super
„ Matheum eidem alma Universitatē est Testatus, sic ut
„ ad utilitatem in eis studere volentium in liberaria
„ magistrorum Collegij Ducalis perpetuis temporibus reserven.
„ tur, Hoc ab uno Testamentariorum suorum hic sunt scrip.
„ ta ut ad notitiam perveniant posterorum. Orate pp̄ter
„ Dominum pro eo."

Hic Conradus de Hildensem [: Hildesheim :] idem est, de quo Andreas Ratisbonensis in Chronico ad annum 1469. hoc scribit: "Albertus [: Episcopus Ratisbon. :] perpendens quod
„ Magister Conradus de Hildeshaym licentiatus Decretorum
„ presbyter et Cappellanus S. Georgij secus pontem Ratispone
„ juriſta civium pecunia, quam a Domino acceperat in
„ sudario, hoc est per certa dona sub otia lenti corporis
„ abscondere nollet, ordinavit ut legeret in jure Canoni
„ co in aula sua Episcopali quod et factum est."

Cod. XXXIX. deest

Membran. Fol. min. Soc. 15.

M. T. Ciceronis Epist. ad Famil.

Comprehendit M. T. Ciceronis libros XVI. Epistolarum ad familiares, elegantissimo charactere Scriptos. Has Epistolas Klotzius exhibet Tom. 7. edit. Opp. Cicer. Genevæ, 1768. 4. Quæ in editione idiomate græco leguntur, in codice nostro omissa sunt, spatio tamen ad supplendum relicto. Cæterum variantes lectiones non infimi momenti obvia quavis inspectio detexit.

Vgl. Großen Katalog!

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 37

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: manuscripta.at - Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken
Permalink: manuscripta.at/?ID=1735

Hill Museum & Manuscript Library, Saint John's University, Collegeville MN, USA - Online manuscript description:
OLIVER - Online manuscript description (HMML)